

D.
A. A.
FELICITATEM
ONOMASTERIORUM
VIRI

Maximè Reverendi, Amplissimi, Excellentissimiq̃
DN.

D. PAULIPHILIPPI
ROEBERI

FREIBERGENSESIUM
PASTORIS AC SUPERINTENDENTIS
GYMNASIIQVE EPHORI
MERITORUM GLORIA CLARISSIMI,
PERPETUAM COMITEM

D. 25. Jan. 1696.

Calidissimis votorum suspiriis

à

DEO ter Opt. ter Max.

exoratum cupit

COLLEGIUM SCHOLASTICUM

cum

Superiorum Classium Discipulis.

FREIBERGÆ, Typis BECKERIANIS.



Faint, mirrored text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side. The text is mostly illegible but appears to contain Latin or German phrases, possibly including "D. P. A. B. P. I." and "GOTTES DIENST".

Partial view of the adjacent page on the right, showing some text and a decorative border element.





CLara dies PAULI *non paullula* gaudia
nobis
Fert, quibus applaudit *paullula*
Musa mea:
Da DEUS, ut PAULO nostro haud sit *paullula*
virtus,
Qua queat haud *paullum* munus obire
suum.

M. TOBIAS Siebel/
Gymn. Patr. Rector.

Vive, precor, ROEBERE, piis certa anchora Musis,
Præsidium Eusebiæ, publicus omnium amor!
Vive, precor, benè mente vicens, bene corpore con-
stans,
Vive, precor, salvus! porrò superstes agas!
Atque superstes agas longùm! Nam TE superesse,
Sionis poscit Pieridumque salus.
Arma viros juvenesque; decent: bona poscimus omnes
Consilia à canis, Optime Paule, Tuis.

Christian Grizsche / Con-R.
Ut

587
UT quondam subito vibratus fulgor ab æthrâ
Paulum tunc Saulum nomine, stravit humum:
Magna repentini sic vis langvoris ab alto
Röberum paucos perculit ante dies.
Langvidulo primùm vix spes erat ulla salutis,
Nec jamdum rediit pristinus ille vigor.
Verùm lux hodiè nova circum fulget eundem,
Et Pauli affulget spes renovata die.
Hinc ego jungo preces precibus cõmunibus, optans,
Lancinet ut nullo tempore membra dolor.
Servet eum, inq̃ve dies firmet venerabile Numen,
Rurfus inoffenso quo pede salvus eat!

Israel Beyer / Tertius.

ANnua felici revehit TIBI fidere salvò
Vel quasi Natalis Tempora CHRISTUS AMOR.
O lætam læto Natalem hanc excipe vultu!
Quæ toti est domui non nisi læta tuæ.
Iple ego, qui fido dudum TE amplector amore,
E calidò lætus pectore vota fero:
Dulcia longævæ cedant TIBI tempora vitæ;
Et facili veniat tarda senectæ pede.
Sic laus virtutis, Generis Tua fama, decusq̃ve
Surget in æternos, non moritura, dies.

Joachimus Ernestus Spahnus,
Cantor & Coll. IV.

An

~~483~~
480

An seinem Hochzuehrenden Herrn
Ammts- und Schwieger-Vater.

Bemahl und färbe dich/du (a) schwarz-bemerckter Tag/
Bring diesem theuren Mann viel bessere Freuden-
Stunden/

Auß ER unlängsten hat der Krankheit-Schmerz empfunden/

Daben den Seinigen entstunde grosse Mlag!

Es treibe aber nun der (b) Hüter Israel/

Solch hefftig Ungemach von I H M und all den Seinen/

Das Er nur Freud erblick / und steh auf frischen Beinen/

Bis endlich Lebens satt/ B Gott heimholt Seine Seel.

(a) d. 16. Januarii hujus Anni.

(b) Psalm. 121. v. 4.

Gabriel Grande / Colleg. V.

I Pse gravis senio nunc votum hoc fundo senile:
ROEBERI senium roboret alma Trias!

GEORGIUS HEROLDUS,

Colleg. VI.

D Et DEUS, ut vivas porrò, valeasq; Patrone,
Concedat vires corporis atq; animi!

Corpores atq; animi vires corroboret, & det
Sæpius ut videas hunc remeare diem!

Samuel Dham / Succentor.

B

Qvam

*Q*uam morosa mihi fuit his fortuna diebus;
Tam facilem votis nostris se præstet Fœva!
Nimirum votis, ut nostri gloria Pindi
ROEBERUS vegeto corpore sospes agat.

Johann Gotthard Köppler/
t. t. Collaborator.

B. C. D.

Turgidas Autumnus uvas vitibus detraxerat,
Turbidiq̄ve venti cœca detonabant murmura;
Tectabrumali latebat terra tristis sub nive,
Jamq̄ve, quæ solet serenis imperare noctibus
Lux, duodenos volebat circulos absolvere,
Fama nostras cùm per aures perstrepebat nuncia,
Gesta quæ Bonnæ fuissent urbe nobilissima,
Quæ legenda Musa verbis exhibet paucissimis.
Nempe Princeps purpuratus nobili Leodio
Optimæ FELICITATIS (matre quæ Clemens pius
Fertur olim procreatus) inclytam Bonnam suam,
Corpus attulit beatum, cùmq̄ve læta fulmina,
Spargerent tormenta dura, clangerentq̄ve ovantia,
Æra, corpus hoc sacra vit ædibus primariis.
Interim cum cive miles cinctus armis adstitit,
Atq̄ve pompæ ritus ejus hoc peractus ordine:
Literis bonis juvenus, artibusq̄ve dedita,
Anteibat, hanc seq̄vuti proximè altioribus
Fortiter Musis litantes, postea Fraternitas,
Quæ sibi sumpsit verenda Michaëlis nomina,

Candi-

~~484~~
484

Candidos gerens bacillos, veste culta candidâ.
Pòst, quibus patere rasa verticis summi solent,
Ossa, non unius ibant ordinis. Tum bellicis
Tympanis, tubisqve lætis personabant omnia,
Ut remugirent clamore tecta cœli nubila.
Inde mox FELICITATIS perferebant ipsana,
Sex Vicarii beata, præviis funalibus.
Hos Episcopus sequutus dexterâ pedum gerens,
Cujus Elector premebat illicò vestigia,
Quem Leodium, simulqve nobilis Colonia,
Nunc Episcopum salutant, ac verentur inclytum.
Sacra tunc repletur ædes Muscis concentibus,
Posteaquàm Sacra Missæ Saxo Princeps fecerat.
Sed quid attinet referre festa, quæ peracta sunt,
Ritè tunc in urbe Bonna sacra propter ipsana,
Quæ reliquerit beata cultibus FELICITAS?
Non Poli soli qve Rector gaudet istis cultibus,
Ipsa nec caterva Divûm vult coli istis cultibus,
Sed beata, quòd beatâ perfruatur gloria.
Hæcce lux illustriora festa nobis attulit,
Ore queis omnes ovante vota solvunt annua.
Hoc enim die celebrat Nominis solennia,
Sacra, Vir Musis, DEOqve plurimum acceptissimus,
Qui viam nobis salutis indicat dexterrimè,
Roborat dum firmiores, ac labantes erigit,
Conscientias per almi verba diva Numinis,
Præcavetqve, ne dolosâ destruamur hæresi.

Huc

Huc ades juventa Musis dedicata dulcibus!
Huc ades, melosq̄ve dulce prome dulci gutture!
Huc ades piisq̄ve votis Numen exora pium,
Ædibus Roberianis alma qvò FELICITAS
Inferatur, atq̄ve perftet, dum coruscant sidera,
Ædibus Roberianis Paulus ut ne desiet,
Qvi suos ornet decore Nominis, potissimùm
Servet usq̄ve & usq̄ve nostrum Paulum Epopam
qvi suos,

Cum suisq̄ve nos paternè firmet atq̄ve fulciat.
Avolet Morbona, vires mentis, atq̄ve corporis,
Indies qvæ nunc senescunt, augeantur indies,
Ut diu præesse possit muneri sanctissimo,
Et qveat suis vacare sæpè Nominalibus,
Usq̄ve dum FELICITATIS fiat olim particeps,
Qvæ, suant si cuncta fluxa, durat immortaliter.

Condiscipulorum nomine scrib.

Christoph. Dietzius, Grimma-M.



Huc

D.
A. A.
FELICITATEM
ONOMASTERIORUM

V
Maximè Reverendi, Am
D

D. PAULI
ROE

FREIBER
PASTORIS AC SU
GYMNASIIC
MERITORUM GL
PERPETUAN

D. 25. J
Calidissimis vo
DEO ter O
exorata
COLLEGIUM S
Superiorum Cl
FREIBERGÆ, Ty

niq
PI

